

1278 Sept. 25 [VII^o Kal. Octobris].

[32

Priorissin u. Konvent zu Langenhorst bekunden eine Schenkung an das Kloster.
 In nomine sancte et invidue Trinitatis. A. priorissa et conventus in
 Langenhorst univervis posteris nostris hoc scriptum in perpetuum. Quia
 Theodericus dictus de Ponte, frater noster et particeps omnium bonorum,
 que apud nos fiunt in perpetuum, curtim dictam Hobenchof, sitam in par-
 rochia Scopingen, de bonis suis propriis nobis comparavit, que curtis annua
 pensione solvit ecclesie nostre decem molcia siliginis; item duos solidos
 usualis monete, item sex porcos et sex anseres et decem et octo pullos; idem
 Theodericus) frater noster habito communi consilio nostro de pensione
 predicta duxit taliter ordinandum, quod sex molcia siliginis pro habenda
 sustentacione communis vite nostro granario attinebunt. Quia vero ad
 vestitum dominarum modici erant redditus, duo molcia siliginis superaddidit
 eisdem redditibus, ut eo quietius et devocius in servicio divino et contem-
 placione persistant. Preterea quia vidit redditus ad luminaria ecclesie et dormi-
 torii minus sufficere, duo residua molcia ad luminaria ecclesie et dormi-
 torii uberius comparanda disposuit attinere. Et quecunque esset custos ecclesie,
 ipsa similiter sibi curam dormitorii assumeret et candelam accenderet con-
 decenter. De duobus autem solidis, porcis, anseribus et pullis in anniversario

prefati Theoderici et Godofridi fratrum nostrorum, ut memoria ipsorum eo
 diligencius agatur, dominabus fieri pitanciam ordinavit. Ut autem hec
 ordinacio tam rite facta inviolabiliter observetur, presens scriptum sigillo
 ecclesie nostre fecimus communiri. Dat[um] VII. Kl. Octobris, anno Domini
 millesimo ducentesimo septuagesimo octavo.

Orig. Anfangsbuchstabe J reich verziert in Rot. Siegel; L. III f. 20 p. 5
 Nr. 1b. — Kopie im Kopiar I S. 63; auf diese Urkunde bezieht sich wohl die
 Notiz im Kopiar II fol. 43^v: Recognitio litteratoria conventus, quod frater
 earum Theodericus de Ponte emit curtim Hobinch solwentem annuatim decem
 molcia siliginis, duos solidos, sex porcos, sex anseres et XVIII pullos. Anno
 MCCLXXVII (1).